

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beneficiencia siue beneficium t
cum fonte primo

Beneficium est quod alienus dat;
alienus enim est qui potuit
sine reprehensione cessare.

Sunt enim, qui ita distinguant, quaedam
beneficia esse, quaedam officia, quaedam
ministeria;
beneficium esse, quod alienus det
(alienus est, qui potuit
sine reprehensione cessare);
officium esse filii, uxoris, earum personarum,
quas necessitudo suscitatur et ferre opem iubet;
ministerium esse serui,
quem condicio sua eo loco posuit,
ut nihil eorum, quae praestat,
inputet superiori praeterea.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 3.18.1
(F. Préchac ed., vol.1, p.76).

Ideo beneficium est quod quis dedit
cum illi liceret etiam non dare.

Ibidem (Seneca III. de beneficiis).

Beneficium enim id est, quod quis dedit,
cum illi liceret et non dare;
seruus autem non habet negandi potestatem;
ita non praestat, sed paret, nec id facti iactat,
quod non facere non potuit.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 3.19.1
(F. Préchac ed., vol.1, pp.77-8).